





EXERCITATIO IVRIDICA

QVAESTIONEM CONTINENS:

*Vtrum is, qui ab altero iniuria affectus
homicidium committit, poenam ordinariam
pati, teneatur.*

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P.P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBVRG. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREMAE, IVDIC. LVSAT. INFERIOR. NEC
NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET ACADEMIAE
DECEMVIR.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XIII. DEC. MDCCLXX.

P V B L I C S D E F E N D E T


A V C T O R

IOANNES LEOPOLDVS LOTS.

ZVICCAV. MISN.

L I P S I A E

EX OFFICINA BREITKOPFIA.



P. 449

1770/60.

17



EXERCITATIO IURIDICA

QUESTIOMNI CONTINENS

IN IURIS NATURALIS ET POLITICAE PRINCIPALIUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

IN IURIS NATURALIS ET POLITICAE PRINCIPALIUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

IN IURIS NATURALIS ET POLITICAE PRINCIPALIUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM

ARTICULORUM



PERILLVSTRI DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO GOTTHELF

SACRI ROM. IMPERII

LIB. BAR. DE GVTSCHMIDT
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
PROCANCELLARIO

PATRONO MEO GRATIOSO

*Quod ad TE deferre sustineo tenuem
nec dignum excellentia TVAE
doctrinae libellum, etsi multis,
DOMINE, ea in re videbor peccare, qui ab eo
excelsō loco, in quo TVA TE virtus consti-
tuit, mediocrium litterarum tenuitatem debere
procul aufugere et TVAM etiam summam eru-
ditionem acerrimum que harum rerum iudicium
magis,*

magis, quam ipsam fastigii sanctitatem, vereri
autument: haud timeo tamen, vt benigniter
accepturus sis exiguum clientis nummulum ex
parua rei litterariae penu, sed illa, si fata sinant,
indefessis in dies operis liberalium studiorum au-
genda petitem. Intuetur virtutis doctrinae
que TVAE exemplum non sine gratissimo divini
beneficii sensu Saxonia, cui OPTIMVS sapi-
entissimis TVIS institutionibus PRINCEPS per
que PRINCIPEM strenuus iustitiae Tutor Sta-
torque fugientium litterarum TVmet ipse conces-
sus. Patere igitur, DOMINE, vt, quotquot lit-
teris operam damus, gestiamus in TVAM, tan-
quam communis Patroni, clientelam recipi, et quic-
quid quisque in hoc genere studiorum, quae TV
tam mirifice ornas, efficere possit, id limitatissi-
mo

mo iudicio TVO, DOCTISSIME INGENI-
ORVM CENSOR, subiiciat. Quod si in hoc
populo clientum Tuorum ultimum eruditio mea
locum obtineat, vincant me omnes ingenio licet,
efficiam tamen probe, vt studio litterarum
TVAE que virtutis cultu vincar a nemine

PERILLVSTRI NOMINI TVO

deuotus

IOANNES LEOPOLD LOTS.



Vtrum is qui ab altero iniuria affectus homicidium committit, poenam ordinariam pati, teneatur.

§. I.



Grave est facinus, quod committunt illi, qui vitae insidias struunt, et terminum vitae, cuius determinatio solummodo à diuina dependet sapientia illicito quodam facto vel sibi, vel aliis breuiorem reddunt. Abhorret illud, scelus ipsa natura, quae homines arctissimo iunxit vinculo, et vt alter alteri auxiliatrices manus afferat, voluit. Detestantur leges iniquitatem huius facti, et ne frequens sit concursus horum facinorum, poenam vltimi supplicii ad deterrendos animos malignos constituerunt. Non solum Scriptura Sacra genef. c. 9. poenam mortis delinquentibus impositam inuenimus, sed etiam leges humanae eadem principia probant; lex enim Cornelia de Sicariis §. 5. *J. de Judic.*

4 *Utrum is qui ab altera iniuria affectus homicidium*

Judic. Publ. ultore ferro persequitur, et Sanctio Caroli V. art. 137. pariter quam Const. Elector. VI. Part. IV. eandem sequitur poenam, quae tamen interdum pro grauitate circumstantiarum, ex quibus atrocitas delicti augetur, ad rotam extendi solet.

§. II.

Obueniunt tamen saepiuscule casus, in quibus leges poenam homicidis impositam vel penitus remittunt, vel ab ultimo supplicio recedunt, et in benigniorem partem sententiam ferre iubent. Exinde fit discrimen inter homicidium dolosum, culposum et casuale, de quo, cum aliunde jam satis constet, in praesentiarum nihil monendum censemus. Vnica tantum quaestio, de cuius decisione moueri ad huc dubium potest, occasionem hanc schedulam conscribendi suppeditat, quem in finem sequentem fingamus casum. Titius qui cauponam, quam plerique voluptatis causa frequentare solent, intrat, a Paulo iniuriis partim verbalibus partim realibus grauiter afficitur. Seriae admonitiones non detinent Paulum, sed potius studium maiores iniurias perpetrandi augent. Hac ex causa Titius excitatus gladio euaginato se defendit, et contumeliosa facta, quae praesentibus aliis, famae praeiudicium inferunt, hoc modo ut repellere possit, omnem adhibet curam, sed pro dolor, cum ad mensuram dari nequeant vulnera, Paulum ita percutit, ut mox decedat, nec de lethalitate vulneris dubitari possit. Utrum poena, quae homicidas persequitur, locum obtineat nunc videamus.

§. III.

§. III.

Quamvis equidem non indulgeamus delictis, multo minus faueamus illis, qui internecionem alterius susceperunt, cum legem diuinam vltimo supplicio perpetratum facinus vindicasse nos minime fugiat, nihilominus tamen, vt in praesenti casu statuamus contrarium, natura delicti pariter quam aequitatis ratio iubet. Constat nempe inter omnes, delicti dici factum illicitum sponte contra leges susceptum. Dum requirimus, ut sponte fiat, praesupponimus voluntatem et animum leges violandi, et alterum offendendi. Ex quo diiudicamus dolum, qui notionem primariam et substantiale omnium delictorum efficit. Hanc ob causam in iure criminali obuenerit distinctio inter verum et quasi delictum, illud dolo, hoc vero culpa perpetratum vocamus. Id quod delictis in genere attribuitur, ab homicidio, tamquam specie delicti non alienum esse potest. Quam sententiam in pronunciando iudex legis dispositione commotus sequitur. In Constitutione etenim Elector. VI. P. IV. hoc exprimunt verba *Ob einer so ihm fürsetzt*. Sermo equidem in citata lege tantum est de eo, qui ferire volens eum cum quo rixatur, alium occidit, et ob hanc internecionem, vltimum supplicium locum habere adfirmatur: sed nihilominus ex verbis initialibus apparet, Sanctissimum legis latorem respexisse ad animum, ex quo de proaeresi seu dolo delinquentis constat.

§. IV.

Quibus praemissis liquido apparet, deficiente dolo seu proposito non dici posse proprium homicidium, quamvis et vulneribus inflictis mors fuerit sequuta, cum deficiente essentiali, quod notionem primariam negotii efficit

ipsius negotii existentia in dubium sit vocanda. Licet enim non excusemus illum, qui tantum alterum vulnerare non vero occidere voluit, cum vulnera ad mensuram non dentur, nec indulgeamus illi, qui ex errore tertium, cum quo nulla intercedebat lis occidit, nihilominus tamen in utroque casu ut de dolo non disceptari possit requirimus, cum in crimine homicidii non tam habenda sit ratio personae accisae, quam animi et propositi occisoris, ex quo de ipso maleficio potissimum iudicium ferendum *l. 33. ff. de Iniur. l. I. §. Diuus Adrianus ff. ad legem Corneliam de Sicar.*

§. V.

Cui accedit, quod iusta sit causa eius, qui ab alio iniusto modo adgressus, ad repellendas iniurias et defensionem suimet ipsius omnem adhibet operam: Dolo enim non facit, qui suo iure utitur *l. 55. ff. de Reg. Jur.* nec damnum vel iniuriam facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet *l. 151. ff. d. t.* Quae dum praefatur, Titium in moderamine inculpatae tutelae constitutum esse adfirmamus, quam vis excessum defensionis ab omni poena immunem haud negemus. Equidem si sententiam eorum qui principia Iuris Criminalis interpretantur in memoriam vocare velimus, praecipuum moderaminis inculpatae tutelae requisitum in eo consistit, ut iniusta praecedat inuasio et vitae imminens periculum, ad quod ut telo lethali petatur, referunt. Nec deficit praesidium quod ex legis autoritate deducitur, ait enim Imperator *l. 3. C. ad leg. Cornel. de Sicar. si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur, quia defensor propriae salutis in nullo peccasse videtur.* hinc Gallienus *l. 4.* dicit, si ut allegas atrocinantem peremisti; dubium non est, eum, qui inferendae caedis voluntate praecesserat, iure caesum videri. Cum quo con-

venit,

venit, Constitutio Caroli V. a. 140. verbis. So einer jemand mit einen tödtlichen Waffen, oder Wehr überläuft, ansicht, oder schlägt, und der bendthigt kann füglich ohne Fährlichkeit oder Verlesung seines Lebens, Ehr und guten Leumuths nicht entweichen, der mag sein Leib und Leben ohne alle Straf, durch eine rechte Gegenwehr retten. Quod si igitur telo lethali non fiat aggressio, sed verbis contumeliosis, vel alapis aut alio modo ex quibus vitae periculum non immineat, aliquis ad defendendum excitetur, vi contrariorum flaere videtur, interneconem factam nullo modo excusationem pro mereri: praesertim cum illi, cui iniuria illata, detur potestas adeundi iudicem, qui cognita causa ius vindicandi non denegabit, sed tam legibus communibus, quam Saxonis ad satisfactionem praestandam adigi potest.

§. VI.

Sed quamvis haec quae in praesenti adduximus, speciem veritatis attingant, non tamen nos commouent vt sententiam contrariam respiciamus, cum maiora, pro defendenda causa extent argumenta. *Lex I. C. vnde Vi.* Recte possidenti ad defendendam possessionem, quam sine vitio tenebat, inculpatae tutelae moderamine vim illatam propulsare permittit, non vero vt immineat vitae periculum desiderat. Haec dispositio suppeditat principium, quod vitae periculum non sola sit causa, ex qua moderamen inculpatae tutelae oriatur, sed quod et aliae similitudinem rationis habentes, debeant admitti. Nec obstat, quod Doctores hanc legem tantum de possessione rei immobilis, ex qua aliquis vi iniusta deiicitur intelligant, et ad naturam interdicti vnde Vi prouocent, cum vnius positio alterius non sit exclusio, et Imperator in citata lege potissimum ad vim iniusto modo illatam respiciat. Confirmat hanc senten-

sententiam Sanctio Carolina art. 140. in quo loco Imperator moderamen inculpatae tutelae etiam ad casum venit der benöthigt ohne Verlegung seiner Ehre und guten Gemuths nicht zuentweichen im Stande ist, adplicat fama etenim et vita pari ambulantur passu, et homo cuius fama penes honestos et graues viros exulat, ciuilitur mortuus dicitur, cui nec honores nec alia in republica iura competunt. Agnouit hoc Sanctissimus legislator Saxonicus, qui dum *Part. II. Const. Elec. XLII.* iniuriarum poenam determinabat, in introitu vtitur verbis. Es haben erbahre Leute allewege das Leben, und die Ehre gleich geachtet, und die Verlegung oder Verleumdung an Ehren höher und beschwerlicher dem Leibesbeschädigung gehalten. Quod si itaque fama aequiparatur vitae, imo interdum in maiori habeatur pretio, cum mortuo nulla vltior contingat laesio, is autem cui, fama ablata quotidie maius sentiat praeiudicium, cur a moderamine inculpatae tutelae eum, qui famam conseruauit, excludamus nulla dari potest ratio.

§. VII.

Nec deficiunt rationes, aequitati et legum argumentis conuenientes. Ignoscendum enim est illi, qui prouocatus se vlscisci voluit, cum auctor rixae non esset. Ait enim *Ulpianus l. 14. §. 6. ff. de bon. liber.* si libertus Maiestatis Patroni filium accusauerit, et patroni filius calumniae eum capitis puniri desiderauit, non debet repelli hoc edicto; item puto, si et ab eo petitus retorfit in eum crimina ignoscendum enim est ei, si voluit se vlscisci prouocatus. Non enim talis rectum iudicium et consilium deliberandi habet, nec in dolo versatur *l. I. §. 5. ff. ad Senat. Conf. Turpillian.* Multominus is qui laesus in corpore si modum defensionis incul-

committit, poenam ordinariam pati, teneatur.

9

ineulpatae tutelae excedendo aggressorem interficit, ordinaria poena legis Corneliae de sicariis tenetur.

§. IIX.

Restringunt equidem nonnulli hanc decisionem tantum ad casum, si persona honoratior grauissima iniuria verbali adfecta, iniurianti incontinenti necem intulerit, astrationem cur personas minus honoratiores excludant, plane non video. Conseruatio enim famae omnibus curae cordique esse debet, quatenus iura et priuilegia in societate humana, ex quibus melioratio status, cuius perfectionis studium natura hominibus commune esse voluit, appetunt, nec respectus personae discrimen hac in causa constituit. Et si vera essent quae in contrarium proferri solent, nemini, nisi honoratiori competeret actio iniurias illatas auctoritate iudicis vindicandi, quod tamen nemo confitebitur, cum nec personis infamibus, quos ius Germanicum olim a persequendo iure excludebat, moribus nostris deneganda sit iustitia.

§. IX.

Pari ratione argumentum defensionis quoque, ira, ex qua internecio alterius sequuta, suppeditat. Non equidem nos fugit, hanc sententiam ab aliis reprobari, quorum rationes utique calculum merentur. Si enim generaliter hoc principium pro vero ventilamus, sane infinita homicidia impunita manebunt, cum vix vnquam absque ira praecedente caedem perpetrari videamus, hac vero ratione dolo dabitur praesidium, quod legibus diuinis pariter, quam humanis repugnat. Ipse Carolus V. qui art. 137. expressis verbis disponit daß der, welcher aus Zäheit und Zorn einen
B Todtschlag

Todtschlag gethan mit dem Schwerdte vom Leben zum Tode gestrafet werden solle, hanc sententiam omnibus numeris absolutam esse voluit. Sed haec nobis non obstant, dummodo casus obuientes recte separemus. Distinguendum utique est, utrum is, qui homicidium commisit, occasionem rixarum praebuerit, nec ne; In priori casu ira non excusat, sufficit enim, ipsum animo hostili alterum inuasisse, et cum vulnera ad mensuram non dentur, nihil obstat, quo minus poena ordinaria, quae in ultimo consistit supplicio locum habeat; in posteriori vero casu secus pronunciare licebit, cum ad gressio alterius excitauerit iram, propter quam delicta perpetrata saepiuscule mitigationem poenae suadent.

§. X.

Probat hoc l. 2. C. de abolition. ubi illi, qui per calorem ad accusationem profluit, beneficium abolitionis conceditur. Et Ictus qui l. 16. §. 1. de Poen. iniuriarum habet rationem, §. 2. ubi de verberibus illatis agit, ei, qui ab extraneo per iram pulsatus fiat, mitigationem poenae promittit. Hanc ob causam Imperator Carolus V. art. 137. in casu, quo ob homicidium ex ira perpetratum, poenam gladii delinquenti imponit, terminos habiles, quando scilicet excusationis causam nullam adferre possit, is contra quem inquirimus, praesupponit. Quae si coniunctim considerentur, merito nostram defendunt sententiam, quod is qui ab alio inuasus interneccionem susceperit, ordinariam homicidii poenam non promereatur, sed vel fugatione vel concurrentibus circumstantiis relegationem promereatur, dummodo de eo, quod excusationem praebet, non possit dubitari; sed ex actis de veritate adferri constet.

§. XI.

§. XI.

Ad illustrandam causam responsum, quod nuperime Facultas Iuridica Lipsiensis hoc in casu ad interrogationem iudicis militaris, dedit, adponere licebit.

Als uns angebrachte Klage eingezogene Erkundigung, abgefaste Articul Johann Paul Kammers, darauf gethane Antwort, summarisch auch vermittelst Eydes abgehörter Zeugen Aussage, ingleichen was Inquisit zu seiner Defension in Schrifften übergeben, samt denen wieder denselben ergangenen Inquisitionen Acten nebst einer Frage zugeschieft worden;

Wird Inquisit Johann Paul Kummer beschuldigt, daß derselbe, als er in Torgau auf Urlaub sich aufgehalten, am 29. Apr. des 1770sten Jahres, Abends nach neun Uhr, in dem Gasthose zum schwarzen Adler, des Bürgers und Zinn-Gießers Sülchmüllers Sohn, nahmentlich Christian Friedrich Sülchmüllern, mit einem bey sich gehaltenen Degen erstochen. Ob nun wohl Johann Wilhelm Lehmann, welcher zu der Zeit, da die Entleibung geschehen, in dem Gasthose gegenwärtig gewesen, daß Inquisit nach einem mit Sülchmüllern gehaltenen Wort-Streite den Degen gezogen, und gegen Lehmann gestochen, worauf dieser zur Erde gesunken fol. 9. deponiret, so wohl Abraham Kabe, daß Inquisit unter denen Worten, Kerl? Was willst du von mir, mit dem bloßen Degen und die Scheide in der andern Hand haltend, auf Sülchmüllern gestochen, dieser auch bald gesunken, und kurz darauf verblieben fol. 17^b ansühret, auch beyderseits diese gethane Aussage laut derer darüber gefertigten Registraturen vermittelst Eydes bestärket; Hiernechst, daß die dem Entleibten zugesügte Wunde an und vor sich selbst tödtlich gewesen,

wesen, und der Tod dadurch erfolgen müssen, bey der des andern Tages als den 30sten April unternommenen Section sich geäußert, anerwogen, der verpflichtete Stadt-Physicus in Torgau D. Carl Gottlieb Magnus und Chirurgus Just Christian Erone in dem dießfalls ad acta gegebenen viso reperto, das Gutachten fol. 13. dahin, daß bey dieser Beschaffenheit nichts anders, als ein plößlicher Tod erfolgen können, und kein Kunstverständiger die absolute lethaliät der Wunde leugnen würde, gerichtet, Wannhero, da nach der Peinlichen Hals- Gerichts- Ordnung und deren 22. Articul, daß wenn einer zur peinlichen Strafe verurtheilet wird, solches aus eigenen Bekenntniß, oder Beweifung geschehen solle, ausdrücklich verordnet, daß auf Inquiltens, bey der summarischen Vernehmung fol. 15. so wohl als bey dem 66sten Inquiltional- Articul fol. 40. beschehenes Vorgehen, wie er den Degen gegen Silchmüllern nicht entblößet, sondern nur in der Scheide vorgehalten, weiter nichts ankomme, vielmehr, da das Corpus delicti durch die beschehene Section in Richtigkeit gesehet, und Inquilt von der That durch zwey Zeugen, denen nichts entgegen gesehet werden kann, überführet, auf die ordentliche Todes- Strafe zu erkennen gewesen, es scheinen möchte. Zum wenigsten da Inquilt, welchergestalt er von Silchmüllern zu diesem Morde gereizet worden, und sich seiner andergestalt nicht erwehren können, bey der summarischen Vernehmung fol. 17. sequ. mit unterschiedenen Umständen angeführet, und auf das moderamen inculpatæ tutelæ sich berufen, daß zufförderst zu Erhärtung der Wahrheit dieses Vorgebens, nach Vorschrift der Chur Sächsischen achten Constitution des vierdten Theils auf eine Marter zu interloquieren gewesen, behauptet werden könnte.

Dennoch

Demnach aber und dieweiln, Johann Wilhelm Lehmann und Abraham Kabe, welche beyde Inquisiten den beschehenen Mord beymessen, und ihm graviren, daß der entleibte Silchmüller hierzu Anlaß gegeben, und Inquisiten keine Ruhe gelassen, ausführlich behaupten; anerwogen Lehmann, daß Silchmüller gegen Inquisiten Schimpfreden ausgestoßen, demselben mit der Hand vor das Gesichte gefahren, und geschimpfet, letzterer aber sich dem ohngeachtet nicht sonderlich verantwortet, überdieses, daß da Silchmüller mit diesen Bezeigen fortgefahren, die in der Stube anwesenden Soldaten Inquisiten, daß er sich nicht so lange turbiren lassen und mit Silchmüllern hinaus gehen sollte, zugerufen, fol. 8^b und 9 deponiret, sowohl Kabe, daß Silchmüller gegen Inquisiten auf drey viertel Stunden lang gelärmet, nicht weniger Johann Adolph Renter, daß der Entleibte Inquisiten etlichemahl mit der Hand vor dem Gesichte herumgefahren, fol. 10^b und 11 vermittlest Eydes erhärten, überdieses Johann Adam Meyer, daß zur angegebenen Zeit Silchmüller, Kummern mit Finger-Schnipfgen unter die Nase, und mit denen Worten: Komme heraus, ich fürchte mich nicht vor den Dinge das du anhast, gefahren, sowohl als Inquisit aufgestanden, und sich an einen andern Tisch gesezet, demselben keine Ruhe gelassen, sondern ebenfalls mit der Hand unter das Gesichte gefahren und geschnipfet, dieser aber ganz gelassen, du mußt mich auch nicht gar zu sehr prostituiren, geantwortet, und sich nach denen anwesenden Soldaten umgesehen, fol. 17. eydlich bestärket; wodurch Inquisitens bey der summarischen Vernehmung fol. 18^b beschehenes Anführen Glauben verdienet, besonders, da der Corporal, Gottlob Margraf, eben diese Umstände mit dem Zusaze, daß keiner von Silchmüllern so schimpflich und niederträchtig tractiret worden, und

dieser auf Inquisiten beständig eingebungen, fol. 53 anführet, und mittelst Eydes bestärket. Ueberhaupt, daß der Entleibte an Inquisiten Gelegenheit gesucht, und eine Feindschaft gegen denselben geheget, aus denen Acten mehr als zu deutlich erhellet, anerwogen Friedrich Wilhelm Schwabe, bey welchen Inquisit eilf Monathe als Geselle in Arbeit gestanden, daß der Entleibte etliche Tage zuvor, ehe der Mord geschehen, zu ihm ins Haus gekommen, und sich über Kummern, daß er als ein in Arbeit stehender Geselle Maß treten helfen, aufgehalten habe, fol. 20^b gerichtlich ausgesaget, nicht weniger Johann Friedrich Schulze der jüngere, daß Silchmüller an eben dem Tage, da das Unglück geschehen, ein paar Hosens die er zu schwarzen übergeben, abgehohlet, und bey dieser Gelegenheit die Reden; ich gehe heute nach Regis, und da muß ich mich mit einem schlagen, geführt, fol. 59. eydlich deponiret, welche Umstände, wenn sie in genauere Erwägung gezogen werden, von Seiten des Inquisiten so viel, daß der Vorsatz einen Mord zu begehen, welches bey dem homicidio, daferne die Todes-Strafe statt finden soll, erforderlich, wegfällt, bewirken, vielmehr einen Beweis, daß Inquisit die That aus Noth weil er Silchmüllern anderer Gestalbt von sich nicht abhalten können, zur Erhaltung seiner Ehre verübet habe, abgeben, besonders, da es ihm als einen Soldaten welchen hieraus ein Nachtheil zuwächst, höchst empfindlich seyn müssen; daß er sich von dem Entleibten durch Schnippen, so er ihn unter das Gesicht geschlagen, so niederträchtig und verächtlich begegnen lassen sollen, besonders, da solches nach Lehmanns Aussage fol. 9. in Gegenwart anderer Soldaten, welche, daß er sich nicht so lange turbiren lassen solle, ihm zugerufen, gleichwohl aber denselben keinen Beystand geleistet, sondern sich gelassen dabey

bey bezeiget, geschehen. Mithin daraus allenthalben soviel, daß Inquisit zu einer Nothwehr gezwungen worden, jedoch einen excessum in moderamine inculpatae tutelae begangen habe, sich veroffenbahret, in diesem Falle aber nach Vorschrift der achten Chur-Sächsischen Constitution des vierten Theils, ohne auf eine scharffe Frage zu interloquiren, ein poena extraordinaria statt findet.

So ist Inquisit des begangenen und überführten Verbrechens halber des Marggraffthums Ober- und Nieder-Lausitz, wie auch derer sämtlichen Churfürstlich Sächsischen und incorporirten Landen *rc.* nach abgelegten Urpheden, als welcher auf solche gesamte Lande einzurichten, mit **Staupen-Schlägen** auf ewig zu verweisen, sowohl die auf diese Untersuchung verwandte Unkosten, daferne er etwas in Vermögen, nach vorhergehender deren Liquidation und richterlicher Ermäßigung abzustatten verbunden.



406

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



VD 18


cb.

ULB Halle
004 997 506

3







Farbkarte #13

B.I.G.

P. 449

1770, 60

17

EXERCITATIO IVRIDICA
QVAESTIONEM CONTINENS:

*Vtrum is, qui ab altero iniuria affectus
homicidium committit, poenam ordinariam
pati, teneatur.*

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P.P. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL. CVRIAE
IN PROVINCIA SVPREMAE, IVDIC. LVSAT. INFERIOR. NEC
NON FACVLT. IVRID. ASSESS. ET ACADEMIAE
DECEMVIR.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XIII. DEC. MDCCLXX.

P V B L I C E D E F E N D E T

A V C T O R

IOANNES LEOPOLDVS LOTS.

ZVICCAV. MISON.

L I P S I A E

EX OFFICINA BREITKOPFIA.

